Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26515
Copyright: Admont, Benediktinerstift



117

Si uero de minutis siluis de luco. uel qua
cumque caheio uegitam reciderit cum simili
et solido compositum. et deinceps usque ad .vi. so
lidorum restitutionem et compositionem. clviiij
Si amplius numerum uegitarum non cogatur componere
nisi restituere cum simili et cum sacramento. fuerit.
Si autem post compositionem et restitutionem dia
num intrauerit inferre in ipsius nemore
cui composuit. nichil excludat componen
di sententia. sed superioris regule obserue
tur sententia. clx.
Si apes idem examen alicuius ex apile ela
psum fuerit et in alterius nemoris arborem
intrauerit et ille consecutus fuerit. tunc
interpellat eum cuius arbor est. et cum fumo
et percussionibus tinnis retro uersa securi.
si potest suum eiciat examen. ueruntamen
ita ut arbor non ledatur. et que remanse
rint huius sint cuius arbor est. clxi
Si autem in capturam que ad capiendas
apes ponitur. idem uascula apium. simili
modo interpellat eum cuius uasculum est. et
studeat suum eicere examen. ueruntamen
uasculum non aperiatur. nec ledatur.